



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)



aut fortunæ extulit, rursus de statu honorifico derurbare, & cum dedecore sic vt omnibus sit ludibrio, deiicere potest. Quamobrem quisq; secū diligenter animo perpendat, quid fuerit, sit, aut fieri possit: semper memor, quàm varia volubilisq; fortunæ rota, huiusq; vniuersæ humanæ vitæ fluctuosa existat commutatio, se erga omnes benignum, affabilem & tractabilem exhibeat. Vnde non illepide Poëta hortatur:

*Fortunam reuerenter habe, quicumq; repente  
Dives ab exili progrediere loco.*

IX.

Licet quidem & fas est, vt proximus quisque sibi ipse sit, eaq; potissimum quæ ad suū faciunt commodum, requirat: tamen semper æquitatem & excellentissimam ante oculos habeat iustitiæ virtutem. Salomone enim nostro teste:

*Parua viri dominū metuētis iugera præstant  
His, sunt iniusta qua bona parta manu.*

Is igitur qui honorem, fauorem populi, splendorem, immortalesq; consequi laborat gratias: his duobus potissimum iustitiæ innitatur fundamentis. Quorum primum est, vt ne cui noceatur, deinde vt cōmuni vtilitati magis, quam priuatæ inseruiatur.

*Duo iustitiæ  
fundamenta.*

## CAPVT XIII.

## ARGVMENTVM.

*Exprobrat hic Vulpes ipsi benefacta leoni,  
Inuidiamq; lupo comparat inde grauem.*

Hoc



Hocopus & labor est mendacia fingere. Janis  
Hostibus ut noceas, subueniasq; tibi.

**R**ex in superbarum  
Profuturo talia:  
Ut fas tuam vulpecula  
Percepimus sententiam.  
Verum quod ad praconium  
Tui parentis attinet,  
Id ante non audieram,  
Eiusq; de virtutibus  
Nihil recordor amplius.  
Quin fors an ante seculum,  
Qua tu renarras plurima,  
Hac contigisse credimus.  
Sed de tui vilissima  
Opinione nominis,  
Et fraude detestabili  
Nimis recordor plurima.  
Et constat omni seculo  
Meaq; vitæ tempore  
Vulpecularum plurimas  
Fuisse semper machinas,  
Nec quempiam mortalium  
De dignitate Reinikes  
Vel mentionem candidam  
Fecisse, vel praconio  
Hanc extulisse nobili.  
At forte vulgi mobilis  
Si fallimur mendacio,  
Innoxiusq; pessimis  
Iniurijs offenderis  
Id iure detestabilem

Rex de pa-  
rente Rei-  
nikes nihil  
recordari  
potest.

Rex de i-  
psius Reini-  
kes mali-  
tia innata-  
que nequi-  
tia sibi plu-  
rimum cõ-  
stare affir-  
mat.

Rex dicit  
Reinikẽ à  
nullomor-  
taliũ lau-  
dari.

Certe



Cerietibi molestiam,  
Et mentis aegritudinem  
Afflictioris adferat.

Hac audiens Sulpecula  
Paulò dolebat acrimus:

Reinike di  
gnitatē no  
minis sui  
defendit.

At dignitatem nominis  
Tuetur ore taliter:  
Atque, formidabilis  
Rex, miror hoc licentius  
De me quis ausit spargere.  
Nullaq; me quod dixeris  
Vita diebus omnibus,  
Fuisse laude prae ditum.

Num tempus illud excidit?  
Nec amplius recogitas  
In te locatam gratiam,  
Munusque, nunquid immemor  
Benignitatis es meae?

Reinike  
facta sua in  
regem ex-  
plicat.

Scis ante menses quindecim  
(Sed absit exprobratio)  
Cum fortis Isengrinus  
Mecum colono diuiti  
Suem dolis exceperat.  
In pascuis improvidi  
Deinde quam maestanimus.  
Ut vestra forte dignitas  
(Recordor) interuenerit,  
Grauique de ieiunio,  
Laboribusq; conquerens,  
Pro maxima pecunia  
Frustrum rogavit filius,  
Avarus Isengrinus,



Non illa, dicit, vendimus  
 Multo laboris improbi  
 Sudore que parauimus,  
 Huiusmodiq; plurima  
 Is obstrepebat murmurans:

Tunc ipse lenioribus  
 Verbis lupum demulceo,  
 Et flagitans humillimè  
 Vxore cum dulcissima  
 Terreddo voti compotem.

Et diligenter sciscitor  
 Quis partiat feracula:  
 Iubetur Isengrinus.

Is sed triumphans gaudio  
 Suoq; more diuidens,  
 Tibi, tuæq; tertiam  
 Dat portionem coniugi,  
 Aures suillas & secur  
 Mihi relinquit, cetera  
 Sibi re seruat omnia.

At cum tuas absumperas,  
 Rex magne, portuunculas,  
 Illis nec indignissimam  
 Adhuc famem sedaueras:  
 Nunquam lupus voracior  
 Volebat hoc aduertere:  
 Sed vt proteruus belluo  
 Is deuorabat omnia:

Quapropter ipsum calcibus,  
 Pugnisq; penè pessimis,  
 Et conscidisses vnguibus,  
 Ni clanculum se subtrahens,

Inuidiã re-  
 gisq; odiũ  
 Isengrino  
 conflat Rei-  
 nike.

Isengrinij  
 in distribu-  
 endis fer-  
 aculis ini-  
 guitas.

Lupi vora-  
 cissimi no-  
 tatur aua-  
 ritia.



Ifengrini-  
us à rege  
mulctatur.

Boniq; pugnam consulens,  
In montium confinia  
Fugam dedisset vtilem.  
Quem tu vocabas denuò,  
Et edocebas, qualibus  
Deberet vti moribus:  
Si regis in conuiuio,  
Vel assideret principis.  
Post imperabat regia  
Nobis duobus dignitas,  
Ex rure plura fercula  
Vt promeremus proximo.

Reinikes  
obediētia.

Statimq; iussis moriger  
Obediebam sedulo.  
Ibamus ergo rustici  
Ad diuitis præsepia:  
Vitulumq; sobis attuli  
Primis minacem cornibus.  
Tunc euehebas laudibus,  
Et prædicabas Reiniken:

Reinike o-  
lim regi  
charissi-  
mus.

Eratq; solus Reinike  
S. itelles acceptissimus.  
Tunc imperabas Reinike  
Partire tu charissime,  
Reinike ar-  
tificiosè & fortuna quicquid obtulit,  
iuste parti-  
tur fercula Partem tibi mox alteram  
Impartiebar integram,  
Tu a secundam coniuge  
Hinc obtuli, superflua,  
Ut sunt lien, cor & iecur,  
Tuis reliqui filijs:  
Fibras, caputq; spumiger

Forabat



Vorabat Isengrinus:  
 Pedes mihi vilissimos  
 Velut tenebam seruuulus.  
 Iam tu rogabas protinus,  
 Quis me magister optimis  
 His imbuisset artibus,  
 Quod separarem singulas  
 Belleq; partes scinderem.  
 Id plaga me, respondeo,  
 Docebat Isengrinus.  
 Rex magne nunc considera  
 Benignitatem Reinikes  
 Meamq; gratitudinem.  
 Nam quicquid aut parauimus  
 Aut indies laboribus  
 Adhuc parere possumus:  
 Vobis lubenter offeram.  
 Sed metamen licentius  
 Laudare nolo, proprium  
 Cum sordeat preconium.  
 Perpende Vulpis scilicet  
 Partitionem Reinikes,  
 Lupiq; portunculas.  
 Et illico videbitur,  
 Quisnam vocandus integer,  
 Tibiq; sit fidelior.  
 Sed laudis ad fastigium  
 Euectus Isengrinus,  
 Praefectus est in omnibus,  
 Nihil tamen regalibus  
 Inseruit ipse commodis,  
 Sed helluatur improbe

Reinike  
 suam regi  
 promittit  
 operam,

Reinike se  
 ipsum lau-  
 dare non  
 vult.

S E

abat



Isengrinij  
flagitia re-  
censet Rei-  
nike.

Et impudenter omnia  
Perdit, profundit, decoquit,  
Et quicquid aut deliberat,  
Aut cum Brunone conficit,  
Id sicut ex oraculo,  
Lapsum ve cedat a thero  
Tuis probatur auribus.

Reinike  
miserè ubi-  
que conte-  
mnitur.

Sed nullus audit simplicem  
Orationem Reinikes,  
Non Rex negabo maxime,  
Quod multa de me perfids  
Querantur aduersarij,  
Sed ibo nunc audentius  
Aduersa contra spicula:  
Malisq; nolo cedere.

In arce si quis aulicos  
Versatur inter nobiles,  
Qui veritate prae ditus  
Suas querelas firmiter  
Probare norit testibus,  
Aut copiam pecuniae,  
Is corpus aut oppignoret,  
Si & ana sit conquestio,  
Mecum pacisci quod velit,  
In vniuersa curia  
Sed cernotalem neminem.

## COMMENTARIA.

1.  
Semel ma-  
lus, semper  
presumi-  
tur malus.

Cum semel de aliquo sinistra increbuerit  
fama, aut rumor improbus dissipatus fuerit,  
illi propter speciem quandam probitatis aut  
virtutis fucosam ymbra ne facile vnquam  
credi.